Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift



eius. Et benedicentur in ipso omnes
tribus terre: omnes gentes magnificabunt
eum. Benedictus dominus deus israel
qui facit mirabilia magna solus. Et be
nedictum nomen maiestatis eius in eter
num: et replebitur maiestate eius omnis
terra fiat fiat. Psalmus.
Quam bonus israel deus: his qui
recto sunt corde. Sei autem
pene moti sunt pedes: pene effusi sunt
gressus mei. Quia zelaui sup iniquos
pacem peccatorum uidens. Quia non est
respectus morti eorum: et firmamentum
in plaga eorum. In labore hominum
non sunt: et cum hominibus non flagella
buntur. Ideo tenuit eos superbia operti
sunt iniquitate et impietate sua. Pro
diit quasi ex adipe iniquitas eorum transie
runt in affectum cordis. Cogitauerunt